

45
Sertum Magistrale:

quod

Salanus Apollo

RECTORE MAGNIFICO

Reverendo plurimum, Excellentissimo, praeminentiss.

5- 12
Dn. JOHANNES GERHAR-

DO Quedlinburgo Saxone S. S. Theol. Doct. &

P. P. celebratissimo; Confiliario Aulae Saxonicae Coburgi-
cae Ecclesiastico vigilantissimo:

RECTORE DESIGNATO

Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo

Dn. JOHANNES SUEVIO, U. J. D. & P. P.

clarissimo, Judicii provincialis Saxonici, & Scabinatus

Adessore gravissimo:

Spectabili Senatûs Philosophici Decano

Clarissimo & Excellentissimo

Dn. M. PAULO SLEVOGTIO, P. L. Caes. Ebraeae &

Graecae Ling. P. P. celeberrimo;

honorò jure, & more decòrò

die 3 Febr. Anni

MDCXXX.

imposuit

Praestantissimo & Humanissimo

VIRO

Dn. ADAMO RUPERTO, EGRA BOHEMO SCHOLÆ

Senatoriæ Naumburgensium ConRectori di-
gnissimo;

&

benevolè decoravit, & carminicè adornavit

Dominorum

Præceptorum, Promotorum, Amicorum

Corona.

J E N Æ

Contextum

Filis typicis WEIDNERIANIS.

Senatus Magistralis

1704

Salanus Apollo

RECTOR MAGNIFICUS

Reverendo Patris Archiepiscopi, Praesidentis

DR. JOHANNES GERHARD

DO. Quedlinburgi, S. Theol. Doct. &

P. R. celebratissimo; Confessario Aulae Saxonicae Coburgicae

ex Ecclesiastica vigilantissimo

RECTORI DIGNISSIMO

Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo

DR. JOHANNES SUEVIVS, U. I. D. & P. P.

clarissimo, Judicii provincialis Saxonicae & Scabini

et Illustre gravissimo

Societatis Senatus Philosophici Decano

Clarissimo et Aristoteli

DR. M. PALLIO STEVOGLIO, P. E. C. S. P. &

Græcæ Ling. P. R. celebratissimo

honori, et more decoro

diei Iobis, Anno

MDCXX

Incipit

Tractatus de Humanitate

VIRI

DR. ADAMO RUBERTO, EGRA BOHEMO SCHOLAE

Senatus Noster Senatus Coelectorali

Magistri

honori et decoro, et caritative adornavit

Donavit

Præceptorum, Promotorum, Auditorum

Coram

SENATUS

Consentit

Philosophia WIDNERIANA





RUPERTE Aonii non ultima gloria cœtus,
Delitum Sopies, Eusebiesque decus,
Dum tibi met titulum confert Salana Magistri,
Hæc mecum tacito pectore vota dedi.
Sit felix titulus, sint fausta que jura Magistri,
Teque beet cunctis gratia dia bonis.

Joh. Gerhard D. Rector.

OLim nescio quis tenebrionum
Parnassi subit iugum, graduque
Templum Pierii petens Theatri
Comsit puniceâ caput tiarâ.
Indoctum caput, haut satisque dignum,
quod septemgeminam dolo Camænam
Iudat. furta tamen cohors Sophorum
non multis potuit piare seclis.
Tandem Phœbus ait, venustus ille
Laronæ puer ac Diespitrîs. quid?
uno sic rubeamus ore cuncti?
pœnam non meritam luamus? a lina
hic virtutis honos fit? hoc levamen?
Qui spumante equitas Tuo caballo
ad Pindarî juga, Phocidósque Diis
Temet fluminibus lavas, coronam
ut semper viridem merere possis;
O Ruperte veni Tu, vindicansque
nostram (nam potis es) ruete famam.
Fac adsint documenta, dignitates
dignis philolophas dari. noveni

A

di

dixit Dux gregis, inde Tu Magister
exemplo fieri bono cupisti

Gratulabund.

fecit

*M. Paulus Slevogtius Ebr. &
Gr. Lingg. P.P.p. t. Detanus*

Expetis ut numeris brevibus tibi grater honores,
Quos meritis tribuit, Phœbicus ordo, tuis.
En tibi versiculo, calido de pectore fuso
Grator, & ut crescas semper honore, precor.

*D. Johan. Major, Facult. Theol.
Senior, & Pastor ac Su-
peratt. Jenens.*

Quam Ruperte Tibi confert Salana Tiaram,
Hanc digno tribui, nemo negare potest.
Hæc tua jam dudum doctrina, modestia, virtus,
Integritas, pietas, præmia promeruit.
His addat quondam Cœlestia præmia Jovah,
Ursis æthereæ pars quoque magna scholæ.
*Honoris amorisque ergo
l. m q; f.*

Johan. Himmel D.

Flos juvenum, RUPERTE, novos, jure ambis honores,
JENA Magisterii dat Tibi jure gradum.
Te pietas, Artes, Sopia fundamina, Lingue,
Et Mores ornant, Musica conddecorat.
Mentior baudquicquam, nec verbis blandior ulli:
Uni RUPERTO, plurima JOVA dedit.

Mur.

Murmuret invidies, fremat hæc & frendeat! omnes
Docto RUPERTO prospera queq; vovent,
Hactenus in minimis pubiq; Scholeq; fuisti
Fidus: committet maxima Jovæ Tibi.
Voto concludo: Nomen, tua Fama, Labores,
Profint & superis Antipodumq; plagis,

M. Caspar Bertram Pastor
Numburgensium.

Ænigma Arithmeticum.

PAucas nuper eras nobis, RUPERTE, dic clas
hospes. An acceptus? nominis augmen ait.
Nominis augmen honorati, quod grande tributum.
Quodnam hoc? Octonis en cape litterulis.
Bis sexagenis superaddas quinq;, resultat
hinc cubus, radicem extrahe & invenies,
fit tituli quænam penultima litera: septem
adde huic, confestim litera prima patet.
Bis quina hinc atque unum deme, figura secunda
præstò est, sex adde huic tertia non aberit.
Adde duo, mox quarta patet: duplicaveris hancce,
cognòris, quænam quinta figura fiet.
Littera prodibit sexta, hanc si exaueris uno:
bina seces rursus hinc, ultima proveniet.
Hoc, RUPERTE, reportatum tibi nominis augmen
grator & acclamo: Docte MAGISTER ave!

fac. properiter

M. Philippus Horst Ora-
tor. Pr. Publ.

A 3

Rup.

Rupperte, artificem te fecit Musa Salana,
Nomina dans nullo aemoritura die.
Cur hoc! unde tibi veniunt haec premia? Dicam:
Doctrina & Virtus hoc meruere decus.
Maeste hac philosopha lauru; Bona fata virere
banc laurum facient fronde subinde nova.

ita vover amico

sing. dilecto

M. Hieronymus Praetorius

Phil. P.P.P.

I.

Quo Te dignatur Salanus Apollo Magistri
Insigni, Genio care Ruperte meo.
Hoc tua jam dudum doctrina & candida virtus,
Et variae linguae promerere tuæ.
Hinc tibi promeritum nomen titulumque Magistri
Dextera Schlevogti doctaque lingua dedit.
Gratulor huncce gradum tibi, care Ruperte Magister,
Olim convictus portio amica mei.
Is, Tibi qui dotes mentis concessit, & ampli
Con Rectoratus munia grata dedit,
Is, Tibi qui sumtus porrexit, honore Magistri
& te maestavit; Deo bona pluta tibi,
Is tibi det nympham, quam Virtus, Formaque, Opesque
unanimi voto, laudeque ad astra ferant.

suo olim

Domestico Convictori ex intemera-
to cordis affectu adposuit

M. Adrian. Beyer Glaucha

Oster. Ecclesiae Jen. Diac.

& Fac. Phil. Ad.

Ar

Artes cum mundo cessabunt: *sola manebis*
Musica grata piis, Musica grata DEO:
 Virtutesquè simul; *dilectio sola manebit,*
perplacet illa piis, perplacet ille Deo.
 Est curæ, cordiquè tibi pia *Musica,* verum
ore Deumquè canis, corde Deumquè canis.
 Est curæ cordiquè tibi *DILECTIO;* iustus
diligis ipse homines, diligis ipse DEUM.
 Te polus hinc capiet: quò *Musica sola manebit;*
Musice ConRector, clare Magister, ova.
 Te polus hinc capiet, pia quò *Dilectio* semper
florebit sola; hæc opto tibi, opto mihi.

Eidem Idem.

Rupertum fingunt, prope qui natalia Christi
Circumiens pueris munera parva ferat,
Vestitur nigrò sed enim plerumque cucullò,
Usque adeò torvum cetera sepe tuens,
Ut Domini vernas, qui sit truculentior, inter
Munificos, ullum vix reperire queas:
Quemquè suò pueri cum munere Sauromatarum
Sese ultra campos proripuisse velint.
Candidus asti contrà Ruperte pol omnibus audis
Tute, quibus cordi mentis imago bonæ.
Quoque iuventuti non gratior accidit unquam,
Quanta fuit Musis hic operata sacris,
Vidit quidem attentam pendere legentis ab ore,
Quin avidà utibiles aure bibisse notas.
Tantà cum linguis peregrinis atque Latinà
Discipulos artes dexteritate doces!
Ergò Magistralis meritò tibi tempora laurus
Cingit & involvit mitra decora comas.

GRA-

*Gratulor, & voveo ex animo, tibi plurimus inde
Auspice supremi numine, surgat honor.*

Jac. Köhrborn.

A Rtes cachinno liberales improbo
Sannisquè pungat Ajus Olfii filius,
Uno nec omnes æstimet teruncio,
Quod non crumenas quæstuosas farciant,
Nec unctiora porrigant embammata.
Tibine, vervex barde, sint ludibrio,
Iuscitiæ quæ liberant rubigine
Divinioris portionem hanc aurulæ,
Quâ pingue vulgus eruditi transmeant,
Mentem, inquit, quæ veritatis pabulo
Amœniori pasta, cælis it comes.
Inepte censor! tolle fatuum calculum.
Slevogrius, præsignis Optio Dei,
Qui Præses audit virginum Libethridum,
Dignatur has sublimiori adoraâ,
Sacramquè donat lauream viris, eas
Ferventiori qui antè amaverunt fibrâ.
Hos inter insigni micas ornamine
Meæ, Ruperte, amabilis lux patriæ,
Sacràque maëtus hac diè tiara ovas.
Ruperte profit quem tuo jure hac diè
Aufers honorem, & promereris quod tuâ
Virtute jam brabejon; ô amabilis
Smaragde Musarum, unio ô suavissime;
Salveto, & ausu masculino sententiam
Olfii retunde filii, artes improbè,
Qui ridet, has nec æstimat teruncio:

Ter.

Ter uncio ipse haud æstimandus unico; haud
Dignus cachinno; ast æviternis fletibus.

ΦιλοΦιλίας ἔνεκα

fundebam

Christophorus Laurentii Naumæ
burgensis, Sch. Cath. in pa-
tria p.r. Rector.

Noster amor, RUPERTE, Scholæ Numburgicæ Ocellæ,
Aoniq; Chori Gemmula, noster amor:
Fare agè quò properas spumantibus ire Caballis
Palladis altivoiæ, quadrupedante grege?
Aravam, opinor erit mens, scandere Honoris in arcem,
Et Famæ in medio ludere dulcè sinu.
Eja age propositum sat nobile! Nobilis ardor!
Nobile Virtutis, Martis & Artis iter!
Hinc gravis (en!) Titulus venit: hinc Academia confert
Jurè MAGISTERII splendida jura Tibi:
Hinc Aurum circa digitum resplendet: & hincce
Tempora æruleus tambit & ambit Honos.
Perbenè! Sic dudum excellens Doctrina meretur
Ista brabèa Tibi, digna brabèa Tibi;
Sic & Cognitio Linguarem clara meretur:
Sic Morum Veneres promeruère tuæ.
Gratulor ergo Tibi, Cuncti gratantur Honorem,
Undiquè clamantes: Clare MAGISTER ave!
Profit tantus Honos profit DOCTURA novella!
Profit & ad summum ducat amica Gradum!
Profit NUMBURGO, Numpyrgidos, atq; juventa
Profit, quam Clariis ora rigabis aquis!
Hæc sunt pauca, quibus Te Frater amande volebam,
Vota: Deus Votis pondus inesse sinat!

B

Hiscæ

Hicce vige, flore, claresce MAGISTER ADAME,

Atq; Tui VILIZ vive subinde memor,

Ipse vicissatim memori Te mente videbo,

Dum videt hos artus Spiritus ipse meus!

Amoris & observantiæ

causa f.

M. Johan. Viliz, Brandenburg.

EPIGRAMMA

Appetit haud quisquãquod adeptus jam fuit. Atqui
RUPERTE es doctor, Doctor & esse cupis?

Hactenus officio Doctor: nunc Doctor honore

Hic proclamaris. Grator utrumq; tibi!

Factum

à:

M. Heinricho Bechstadio

Gestit Apollineus Salana advertere cætus,
Queis ex se Magnus nunc tribuatur honos.

Et queis quadrifidum Patrum Collegium adesse

Non renuet, Sophia diribitore patre.

Huncce tamen cætum diversa mente venire,

Cordatium nullum forte latere potest,

Advolat Hipponax quidam, qui traduce lingua

Evomit in juvenes scommata dira viros:

Diogenes adstans quidam ridendo novos

Doctores Sophia corripit atq; notat.

Hinc dubitant multi titulum acceptare Magistris,

Hic quoniam multis non roputatur honos.

Rectius at sentis nunc adscribende Magistris

Tu mi doctrinã dives Adame bona.

Hactec

*Haecenus en fuesti sophica impallescere cura
Et nox insomnis plurima ducta tibi:
Nunc decet accipias tanto qua digna labore
Mercedem, Musa quam tribuisse solent.
Annue ducte sequi, conscende anabatbra Lycei
Porge comam capitis, porrige membra manus,
Signa Magistrifica latans amplectere pompa
Indeq, descendens condecorate redi.
Nominis hac novitas Salanis clareat oris
Clareat ast alibi, flore at inde diu.*

*Rudi Minerva fudit
Amicitia baud adulteri
na causa*

*M. Gregorius Noth S, S.
Theol. Stud,*

EXplicit omnes alii, quod optant,
Verbis multis: ego conquiesco,
Si vel exili mea sensa versu
votaque promam:
Sed quid ex promam? voce am. quid optem?
Jam favent omnes Superi: dederunt,
Quicquid exoptent homines: amicos,
Ingeniumque;
Dona fortunæ, cariola quantum
Expetit vitæ statio, Benignus
Ista conservet Deus, & perennè
augeat ista.

*O. F.
J. M. Dillherr.*

B 2 A U T O R

AUTOR

Ite Pierides, graves querelas
Ite Pegasides, modos lugubres
Ite Thespiades, sonos acerbos
Tristi promite fronte murmurando:
Tristi fundite fronte cantitando:
Tristi tollite fronte personando.

RUPERTUS supero vetante Jova;
Incastrum rigido vetante Mose;
Frustra fœdere denegante iusto
Naturæ, DIGAMUS fit INVENUSTUS,
Et binas placitam sequi Maritas
Adjungiq; PEDISSE QUAM, Celebres
SALANI PROCERES volunt LYCEI,
Conceduntquè Boni; sed id gravatim.
Insuper novus est metus gravisq;
Ne fiat TRIGAMUS brevi RUPERTUS.

Ite, Bigamiam dolete Musæ,
Vobis, omnibus & Piis acerbam
Exhorrete; PEDISSE quam exprobrate;
Votis TRIGAMIAM piis cavete,
Queis potest fieri modis vetate.
Ut ne turpiter audiat, RUPERTUS,
BIGAMUS, TRIGAMUS, DEUM PEROSUS.
Ut feliciter ausa cuncta cedant;
Honor, Prosperitas, Salus perennent.

MUSÆ

Virgo, quæ nemorum potens, Diana
Mirum Leucothoes tulit colotem.
Herse virginibus decore cunctis
Ivit splendidior: Decusque formæ

Maximè

Maximum, Nioben Deam celebra,
Quas Thisbe Oriens habebat, illis
Fertur pulchior omnibus, puellas.
At quas connubio *SIBI RUPERTUS*
Amator stabili jugavit, illæ,
Tantó sunt reliquis honore summo
Formæ, purpureæ venustiores:
Quanto splendidior niter, sereno
Coelo Lucifer, atque cætera astra;
Quanto splendidior volans coruscis
Cynthius radiis serenus atque
vultus Luciferi, nitet micatque.
Alteri *SOPHIÆ*; sed *EUSEBIÆ*
Alteri tribuunt celebre nomen
Et has quæ sequitur comes fidelis
Est *EUPHEMIA*, tristibus Procorum
O frustra quoties cupita votis?
Hancce *DIGAMIAM DEUM* perosum
Negamus, data cum sit à Jehova
Sic *EUPHEMIA*, Maximi Jehovæ
Nuptas imperio, sequi jubetur.
Sic & *PENELOPEN, DEUS, coruscant*
Multo munere, tertiam Maritam
Sophis omnibus & Piis receptam
RUPERTO dabit, & per hanc beabit.
Scilicet labor acris, expoliti
Mores; ingenuus nivesquè eburquè
Candor exuperans; fides probata,
Inculpataque vita, Literatos
omnes conciliant *PIO RUPERTO*.

AUTOR

ERgò Pierides, novos ovatus;

B 3

Ergo

Ergò Pegasides, modos amænos;
Ergò Thespiades, sonos solennes
Læta promite fronte jubilando,
Lætâ fundite fronte cantitando
Læta tollite fronte perionando.]

RUPERTUS supero volente Jova;
Nec unquam rigido vetante Mose;
Nunquam fædere denegante iusto
Naturæ, **DIGAMUS** fit, at **VENUSTUS**
Et binas placitam sequi Maritas
Adjungique **PEDISSEQUAM**, celebres
Salani Proceres volunt Lycei
Conceduntq; Boni, sed haut gravatim.
Insuper nova **SPES** nitet vigetque
Futurum **TRIGAMUM** brevi **RUPERTUM**.

Ite **DIGAMIAM** fovete, Musæ
vobis, omnibus & bonis suavem
Læta fronte **PEDISSEQUAM** probate,
votis **TRIGAMIÆ** piis favete,
Queis potest fieri modis juvate.
Ut feliciter audiat **RUPERTUS**,
DIGAMUS, **TRIGAMUS** Diis amatus,
MAGISTER, **SOPHUS**, **EUSEBES**, **MARITUS**,
Ut feliciter ausa cuncta cedant,
Honor, Prosperitas, Salus perennent,

Candoris ἀκιδήλα

Favoris ἀνυποκρίτη

testandi ergò

Adposuit

Christoph. Biederman

Αδα.

ΑδαμⓄ ῥάπερτⓄ.

ἀναγραμμ:

ΠΡΟΣ ΔΟΥΤ, ΜΑ, ΑΕΤΟΣ.

ΠΡΟΣ ΔΟΥΤ, ΜΑ, ΑΕΤΟΣ θυμῷ μεμάχηται ἀταρξῶν

ταῖς ὑπερησώμυⓄ τῆς σοφίης κορυφαῖς,

ΡΟΥΠΕΡΤΟΣ, καὶ ἀνδρῶν βεβαρὸς πρὸς μείβε,

ὡς τυχέειν σοφίης, τῆς πολυεύκλῃς αἰεί.

Αφροδίτης, ἀπρᾶγμοσυῖης τε δόρυ, βροτολοιογός,

Μήποτε ΡΟΥΠΕΡΤΩ ἔπλετο λευγαλέον.

Ενθε Φυῆς πλερύγων, σοφίης τ' εἰς κύνδεⓄ ὑψⓄ

ὑψωθεῖς, νίκα ΠΡΟΣ ΔΟΥΤ, ΜΑ, ΑΕΤΟΣ.

Idem eidem.

Qui confertur honor, dudum Tibi debitus: at tu
Fugisti semper honores.

Sed crocodilus honor, devitat namq; sequentem,

Fugientibus estque paratus.

O via pulcra, cui si nos insistimus, æquè

Tangemus culmen | honoris.

Sed jam nil aliud dico, quam laurea præsens

Florescat ite mq; vigescat.

P. T. D.

Paulus Heigelius.

מִה־טוֹב וּמִה־נָעִים יִהְיֶה רָרוּשׁ חֲכָמִים

מִה־טוֹב וּמִה־נָעִים רָרְפָה בְּכֹל־עֲצָמוֹתָ׃

כִּי־הִיא כְבוֹד עוֹלָם אֶת־אַהֲבָה מִהַיִר

עֵטֶר תִּעֲטֹר אִזּוֹ יִשְׁמַח וְרַב יוֹתִיר׃

יָדַע אֲרָנִי זֹאת לִכְן לִמֵּן נִעְרוּ

חֲשֵׁק בְּחֻכְמָה וְדַעַת בְּמוֹ־אֲשֵׁרוֹ׃

כִּי־הוּד

כִּי הוֹדוּ וְהִרְרָ עִתָּהּ בַּאֲכֹר עוֹלָם
 בַּאֲשֶׁמְחוּ עַל־זֹאת רַעִים בְּמוֹ קוֹלָם :
 וְשִׁישׁ אֲרָנֵי אֲתָמוּ בְלִבָּתוֹ
 יוֹדָה לְעֵלְיוֹן עַמְמוֹ בְּרַנָּתוֹ :
 כִּי הוּא לְבָדוֹ בְּאִמוּנָה מְקוֹר חֲכָמוֹ
 הוּא רַב לַחֲכָם אֶת־שֵׁאל בְּלִי תִרְמָה :

Gottfriede Werner / Isleb.

Anagrammatismi tres.

I. ADAM RUPERTUS,

ἀναγραμματισμός.

DA PURA SERTUM.

II. ADAMUS RUPERTUS,

ἀναγραμμή.

SVME DATVR SVpra.

III. ADAMUS RUPERTUS,

ἀναγραμμή.

MVSA SVPER DV RAT.

EXimium perhibent decus esse MAGISTERÎ honorem,
 EPALLADOS egregiam dotem, PHOEBI què favorem:
 Ac magis hóc, quò quis merito majore capellit,
 SIC ETENIM OMNIS HONOR TANTO RUTILAN-
 TIUS A SE
 DIFFUNDIT LUMEN, QVANTO QVIS DIGNIOR
 ILLO,
 UT DUBITARE QVEAS, IPSI DECUS ANNE MAGI-
 STER
 CONFERAT, AN VERO PARIAT DECUS IPSE MA-
 GISTRO.

Talis

Talis nimirum es, dignus RUPERTE, Magister,
EUSEBIE, PALLASque suum quem fantur alumnum,
Et cui largitæ sunt ATTHIDOS ore rotundo,
EBRÆO quæ labro dulcissima verba profari. &c. &c.

Ergo manu PURANDA SERTUM dexter APOLLO,
Et meriti confer preciosum nomen honoris,
Et perlatorum da præmia justa laborum,
Est hæc quod dubites, MAJUS DECUS ANNÈ MAGISTER
Huic SIET, AN MAJUS VERÒ DECUS IPSE MAGISTRO.

Et Tu materies nostræ RUPERTE CAMENÆ
SUME DATUR SUPRA caput ex sindone relucens
Purpureis radiis, & epomidos æmula MITRA,
MITRA Magistralis certum testamen honoris,
Signans Philosophæ Doctorea jura cohortis,
Jam collata tibi, plenaria jura docendi,
Ut qui TERMAGIS es MAGUS, at bonus, atq; μεγίστωρ:
SUME DATUR SUPRA digitos albore micantes
ANNULUS, ut liber; LIBER, ut sis arte Magister.
Immortalis eris longævo affamine famæ
MUSA SUPER DURAT durissima marmora & æra.
EGRA modò adplaudas, magis at dulcissima plaudas
Patria, cui donat dignum JHOVA Magistrum:
Gloria nempe tuæ sic gymnadi prima feretur,
Gratia nempe tuæ sic non peritura juventæ:

Sic

Pallade postremâ, at mente
calente canit

Job. Theil Numb.

Ὁ Ρυλλέειαι σωχθὴ μεγάλοις Φιλόμοχθῶ ἐπαίνοισι
Τῶ Δημοσθένεσσι: δῆλον ἅπασσι πέλει.
Δηλαδὴ, ὁπῶη μὲν ῥοδοδακτυλοῦ ἐκφάνη ἠώς,
Δεμνίῃ ἐκ μαλακῆ ὠρυσίῳ κρηπνὰ λίην.

C

ὄϊνοιο

Οἴνοι μικρότερον δαπανήσαι, πλεῖον ἐλάττω,
 Τὰτ' ἐστὶν βίβλος ἤλιπε χερσὶν αἰεὶ,
 Μᾶλλον ἄσκησεναι, ὑπὸ χθονος οἰκία δειμν,
 καὶ ὡθι καὶ πλευρῶ σκαυῶ ἔκειρε κόμην.
 Πλείστον ἔεσκέ ἐτύμως παρθῆς, καὶ ἄξιον αἴνῃ,
 Ἡδ' ὅς τ' ὦ Μουσῶν αἴθε μιμείτο ὡροπας;
 Αὐτὰρ ἀνίσσασα, μέχευ νυκτῶν, ῥαπέετε ἀγαυέ,
 Κοσμηθεὶς σοφία καὶ ἀρετῆσι κλυτῆς.
 Τὸνεκα γιόματ' ἀκαλίγχανες ἰσοῖο σφόδρα,
 Οὕτως δὴ ὄργετ' ἠελίοιο φάτ'!

f.
Joh. Schaffer Egranus.

Nullus honor Musis, nulla est reverentia Phæbo,
 Sunt Musæ mutæ, claraq; Fama, Fames.
Ast hoc si verum, qui fit, Ruperte, novenis
Quod tuus in Musis hic amor usq; fuit?
Tu forsân bene scis, hæc quòd sententia vulgi,
Cui non Æonio pectora tincta lacu.
Hoc plerumq; solet doctas contemnere Musas,
Hujus & ante fores spretus APOLLO jacet.
Divitias contra jacet at fulvumq; metallum,
Laudibus & nimis lucida ad astra vebit:
Fallitur & fallit vero qui spernere gaudet.
Musas, Pimplei que juga montis amant.
 Multus honor Musis, multa est reverentia Phæbo,
 Non Musæ mutæ, claraq; Fama, Fames:
Scinduntur vestes, gemmae franguntur & aurum,
Muse quam tribuunt, Fama perennis erit.
 Ergo haud immeritò magno es complexus amore
A Pueris Musas doctæ RUPERTE, tuas.

inde

Inde favent rursus tibi Muse & Phœbus Apollo,
Teq; Magisterii donat amice gradu.
Hosce novos igitur tibi nunc gratamur honores,
Quos tibi fortunet, qui regit astra, Deus.
Perge favere tuis Musis: nam gloria surget
Inde Tibi nullo que peritura die.

τῆς Φιλίας ἕνεκα

f.

Sixtus Bertram.

HAËTENUS Aoniam gnavaus moderare juventam,
te Sophiæ tandem clara Lycea vocant,
Arquè tiqui tribuunt condigna labore brabeja,
quæ meruit Virtus docte RUPERTE tua;
Laurea præclarum te cingit in atte MAGISTRUM,
larga tibi tribuens jura MAGISTERII,
Grater ut ex animo, me instigat amabilis ardor
quem Charis assiduè ventilat igne novò.
Ergò MAGISTERII quos dat SALA; grator honores
quodquè geris cedat laudibus opto DEI.
Siquè tuò dignum me credis amore perenni
Semper amicitia, fac mihi spiret odor.

Simon Hoffman Regissee.
Ibur.

SALSAMENTA cibum interdum & terrestre legumen
Illabiquè acidi quiadam tristisquè sinapis
Assuetum Ambrosiæ stomachum, Siculequè liquoris
Canne, non grave principibus: sua jura relinquunt
Qui ius conficiant, & edulis tempori adaptent:
Nentolis rudibus quoq; simplex femina Regis
Filiolo ad cunas, quarum velamina textu
Sunt variata pbrygum, blanda est obreptio somni:

C 2


Sunt

Sunt ita, quae pono, gratans jam doctæ Ruperte,
Ferula tibi, nil mellis habent, muium sed acoris,
Et propè femineo incedunt modulamine versus:
Fata iubent hos Salanicos conscendere montes
Mars ubi Patronum defendit Apollinem. Et ecce
Ingenti plausu, Phœbus te cingit, Apollo
Fronde Magistrati. Quare TE dico beatum,
Et mentis dotes mirans tibi grator honores,
Quæis semper sanus magna cum laude fruaris!
Ah faveat captis, & gnauiter orsa secundet,
Quo sine non fœlix conatus & utilis ullus!
Querere qui dedit, is donet quoque parta tueri,
Augmentisque beet, proventuq; ubere fructus:
Nominis in laudem dii, multamq; salutem
Collati cedent propriam sic semper honores.

ΦιλοΦιλίας ἔνεκα
Compositum

Georgio Knauero Egri
Willsteinensi
Bojemo.

F I N I S.





45

Reverent
Dn. JO
DO Qued
P.P. celebrat

Dn. JOA
clarissimo

Dn. M. PA

Dn. ADAM
Se

5-12

mentiff.
HAR-
l. Doct. &
Coburgis

D. & P.P.
abinatus

af. Ebrae &

SCHOLÆ
di.

